



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Acta Ecclesiæ Mechliniensis, Anni M. DCC. XVIII. Circa  
Bullam Unigenitus**

**Archidiocèse <Malines>**

**Bruxellis, [1719]**

Exemplar Epistolæ Reverendi Domini Pastoris in Erps Districtûs  
Mechliniensis ad Orientem ad Amplissimum D. Vande Cruys.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40699**

## EXEMPLAR EPISTOLÆ

*Reverendi Domini Pastoris in Erps Di-  
strictus Mechliniensis ad Orientem ad  
Amplissimum D. Vande Cruys.*

*Reverende Admodum ac Amplissime Domine*

**Q**uantum ad libellum supplicem Consilio Statutus exhibitum, declaro, me nihil de eo audituisse, nec in eodem ullam partem habuisse. Deinde ad placitum meorum Superiorum mitto ipsam Constitutionem, dictam *Unigenitus Dei Filius*, in facie ejusdem à me signatam, similiter Epistolam Pastoralem Excellentissimi, & Reverendissimi Domini in facie ejusdem à me signatam, rogans humiliter, quatenus meam obedientiam in iisdem signatam dignetur legere, & easdem signatures Excellentissimo Domino, ut sunt, referre. Si quid (quod non spero) desit, rogo, quatenus dignetur Reverenda Dominatio Vestra mihi desuper significare, qui semper paratus sum, meis superioribus debitè in omnibus obedire. Dabam Erps hâc 16. Decembris 1718.  
*Erat signatum.*

*Cornelius Van Langendonck Pastor in Erps.*

*Ad Calcem primi Folii Bulle Unigenitus erat subscriptum.*

Huic Constitutioni cum omni debita obedientia me subijcio. *Cornelius Van Langendonck Pastor in Erps.*

*Ad calcem primi folii Epistolæ Pastorali Excellentissimi & Reverendissimi Domini Archiepiscopi Mechliniensis erat subscriptum.*

Infra scriptus præstabo perpetuò debitam obedientiam huic Epistolæ Pastorali. *Cornelius Van Langendonck Pastor in Erps.*